



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 44. Idem per Eugenii Bullam confirmatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

§. XLIV.

Sæcul. XV.
A. C. 1437.*Decretum Legatorum per Eugenii
Bullam confirmatum.*

Eugenius Papa, cum Basileensis Synodi continuationem impedire perciperet, præprimis Legatorum suorum decreto

Legatis objicere ausi fuerint; ac demum, postquam Eugenius Bononiæ publicis literis eodem adhuc anno 1437. decimo quinto Calendas Octobris de vi Joanni Tarentino Archiepiscopo Legato suo illata conquestus, palam professus esset, quod Basileenses *nonnulla contra ipsum confingere* non dubitaverint, cur isti veritatem facti documentis juris comprobata Eugenio, ejusque Legatis non obtruderunt? Cur Papam mendacii non arguerunt? Cum tamen atrociora longe contra eum spargere, & attentare non erubuerint? Nempe injustam, ac sacrilegam hujus Legati invasionem ementitæ fraudis fuco colorare volebant; Verum *nil ita reconditum, quod aliquando dies non manifestet*, ac ideo modico ex post tempore omnium oculis patuit, nequaquam effractæ cistæ vel adulterati Decreti crimen violentæ hujus detentionis causam fuisse, sed Joannem ideo tantæ injuriæ succumbere debuisse, quia Legatorum Decretum ad Papam

Sæcul. XV. to auctoritatem conciliare voluit; hinc
 A.C. 1437. Bononiæ convocato Cardinalium, et
 Prælatorum Senatu illud die vigesima
 nona Maji edita Bulla confirmavit, atque
 approbavit Florentiam, & Utinum urbes,
 quas

transmisit, ut testatur Eugenius Papa loc. cit.
 dicens: *In Joannem Archiepiscopum Taren-*
tinum, qui decretum in ea forma, nimirum
de transferendo Florentiam vel Utinum Con-
cilio ad nos mittebat, nonnulla confingentes in-
ruerunt, omnique prætermisso juris ordine in-
ipsum in domo sua sub excommunicationis, pri-
vationum, & inhabilitatum pœnis tumultuaria
multitudinis impetu detinere moliti sunt, ejus-
que procuratorem manibus injectis percusserunt,
ac per capillos ad carcerem trahere conati sunt.
 Hem! Egregios Ecclesiæ reformatores, meri-
 to, si superis placet, Synodi Patres vocandos
 quorum calumnias, & Tarentini innocentium
 Odoricus ad hunc annum n. 15. paucis ita de-
 scribit: *Tarentinus Archiepiscopus, dum injuri-*
æ sibi munere fungebatur, atrocibus injuriis
ab ea Præsulum parte, quæ in schisma inclina-
bat, affectus est, nam odio, iraque efferati, eo-
quod decretum ab altera antistitum parte, di-
gnitate spectatissima, quæ cum Legatis Aposto-
licis steterat, ad Pontificem ut confirmaretur,
transmisisset, ipsum FALSO CRIMINE IN-
SIMULANTES, QUOD ILLUD AD-
ULTERASSET, inclusum domi tenuere &c.

quas ejus Legati pro celebranda Synodo decreverant. Jam jamque Florentini quatuor triremes necessario apparatu instruebant (*), spe freti, Concilium in eorum urbe celebratum iri; & ecce! Eugenius ipse, a Legatorum suorum decreto recedens, Venetos quatuor triremes parari jubet, illas Basileensium classi oppositurus.

Sæcul. XV.
A.C. 1437.

§. XLV.

Triremes unacum Legatis ad Græcos a Papa transmissæ.

Igitur Græcorum Oratores, hortatu ac precibus Eugenii expugnati, triremes Venetorum auxilio instructas conscendunt, comitantibus, quos Papa tanquam Legatos in Orientem decreverat, tribus Episcopis, scilicet, Petro Diniensi in Provincia Antistite, qui idem Regis Caroli VII. in Synodo Basileensi Orator extitit, Antonio Portuensi Episcopo, Lusitaniæ Regis Legato, & Christophoro Garetonæ in

*Panorm. de
Conc. Basil.*

(*) *In quoniam Papa ab hoc decreto recesserit, non nisi in cerebro Continuatoris nostri inveniri licet, nisi forte recessum dicere velit, quod Pontifex, quæ per suos Legatos efficere potuisset, per se ipsum explere maluerit.*